

RIVISTA DIOCESANA TORINESE

PERIODICO UFFICIALE

PER GLI ATTI DELL'ARCIVESCOVO E DELLA CURIA

TELEFONI: S. E. il Card. Arcivescovo, N. 47-172 - Curia Arcivescovile, N. 45-234

Ufficio Amministrativo, N. 45-923 - Conto Corr. della Curia, N. 2-14235



ATTI DELLA S. SEDE

Sacra Congregatio de Disciplina Sacramentorum

INSTRUCTIO

DE SANCTISSIMA EUCHARISTIA SEDULO CUSTODIENDA

1. — Nullo unquam tempore Apostolica Sedes locorum Ordinariis praesidia et cautelas suppeditare praetermisit, quibus Ss.ma Eucharistia, quae asservatur in nostris ecclesiis sive de iure communi sive ex indulto, diligenter custodiretur neve ulli profanationi obnoxia remaneret. Canonicae disciplinae praecepta, quae temporum decursu ad rem praestituere satagit, hodie recepta conspiciuntur in canone 1269 Codicis Iuris Canonici, qui talia habet:

§ 1. Sanctissima Eucharistia servari debet in tabernaculo inamovibili in media parte altaris posito.

§ 2. Tabernaculum sit affabre exstructum, undequaque solide clausum, decenter ornatum ad normam legum liturgicarum, ab omni alia re vacuum, ac tam sedulo custodiatur ut periculum cuiusvis sacrilegae profanationis arceatur.

§ 3. Gravi aliqua suadente causa ab Ordinario loci probata, non est vetitum sanctissimam Eucharistiam nocturno tempore extra altare, super corporali tamen, in loco tutiore et decenti, asservari, servato praescripto can. 1271.

§ 4. Clavis tabernaculi, in quo Sanctissimum Sacramentum asservatur, diligentissime custodiri debet, onerata graviter conscientia sacerdotis qui ecclesiae vel oratorii curam habet.

2. — Huic S. Congregationi, cui disciplina septem Sacramentorum tuenda est commissa (can. 249), quaeque iam edidit Instructionem diei 26 Maii 1929¹ « **de quibusdam vitandis atque observandis in conficiendo Sacrificio Missae et Ss.mae Eucharistiae Sacramento distribuendo et asservando** », opportunum visum est canonica praescripta in mentem omnium revocare, quibus Ss.mae Eucharistiae asservandae grave sane munus incumbit, brevibus additis explicationibus, aliaque munimenta et media decernere, nostris temporibus magis accommodata, quibus Ss.ma Eucharistia sedulissime custodiatur et a quacumque iniuria integra praeservetur.

3. — Fidelis observantia praeceptorum quorundam canonum C. I. C. valde confert ad optatum pernobilem finem attingendum. Animadver²tatur prae primis duo sub gravi praecipi ut Ss.ma Eucharistia in ecclesia possit asservari: 1° **ut adsit qui eius curam habeat**; 2° **regulariter sacerdos semel saltem in hebdomada missam in sacro loco celebret** (can. 1265 § 1). Si vero quandoque Apostolica Sedes ob penuriam sacerdotum indulget ut sacrum quintodecimo quoque die dumtaxat liteatur ad sacras renovandas species, secluso semper earundem corruptioni periculo, nunquam tamen dispensat, immo instantur, ut habeatur persona quae die ac nocte Ss.mi Sacramenti custodiae incumbat.²

Praeterea tria sunt prae oculis habenda in supra relato can. 1269:

a) Ss.ma Eucharistia asservari debet in tabernaculo inamovibili (§ 1) et undequaque solide clauso (§ 2); b) tabernaculum tam sedulo custodiendum est ut periculum cuiusvis sacrilegae profanationis arceatur (§ 2); c) clavis tabernaculi diligentissime sacerdoti custodienda est (§ 4). De singulis nonnulla sunt animadvertenda.

4. — a) **Tabernaculum sit inamovibile et undequaque solide clausum**: ab hoc praecepto per se gravi nec Episcopus valet dispensare nec et consuetudo etiam centenaria et immemorialis derogare, excepto casu de quo in § 3, eoque iam tamquam primo praesidio consulitur securitati custodiae Ss.mae Eucharistiae. Clausura vero undequaque absoluta secumfert ut ciborium sit confectum ex materia solida et firma. Equidem iuxta liturgicas leges tabernaculum extrui potest ex ligno, aut ex marmore aut ex metallo,³ quae postrema materia est ceteris firmior; quod tamen magis interest, conficiatur oportet ex solida materia, singulaeque partes intime inter se cohaereant, reseratio maximam exhibeat securitatem ac fortiter ostiolo adhaereat, cuius cardines firmiter sint constituti ac dispositi, qui ipsum ciborio inserant. Nonnullis in locis Epi-

¹ *Acta Ap. Sedis*, vol. XXI, p. 631 seq.

² Cfr. S. R. C. resp. diei 17 Februarii 1881 ad Episcopum Altonen. (decretum n. 3527).

³ *Caeremoniale parochorum iuxta novissimas A. S. sanctiones concinnatum*, art. VII, *De tabernaculo*, etc., n. 9 ad 4.

scopi praescripserunt ad maiorem Eucharistiae securitatem ut ciborium ex integro metallo consisteret, quae quidem praescriptio, in locis ubi viget, absolute debet observari, ut docet E. mus Card. P. Gasparri.⁴ Optimum sane consilium foret si tabernaculum sit vera arca ferrea, quam vocant (vulgo **cassaforte**, **coffre-fort**) adeo ut nec perforari nec effringi possit mediis, quae ordinarie adhibentur a furibus, eaque validis ferreis seris altari arcte debet devineiri in infimo eius gradu aut parieti adverso. Hae vero ferreae arcae aut in forma ciborii extrui debent, quae dein sunt marmoreo lapide contegendae ceterisque ornamentis condecorandae, adeo ut speciem cuiusdam operis affabre confecti prae se ferant ad normam § 2 relati canonis; vel saltem ita conficiantur ut in tabernaculis iam exsistentibus possint immitti. Huiusmodi tabernacula « de securitate » (italice **di sicurezza**) nuncupantur. Ad quamlibet vero dubitationem auferendam quoad legum liturgicarum observantiam in hisce conficiendis tabernaculis attendatur responsio S. R. C. diei 1 April. 1908 ad preces sibi porrectas nomine Ordinariorum Provinciae ecclesiasticae Milwaukien. in America sept. a quodam Sacerdote qui pro adprobatione exhibuerat novum tabernaculum solidissime constructum et quidem ita confectum ut nullimode repugnaret neque rubricis Ritualis Romani, neque eiusdem S. C. decretis: « Communicetur sacerdoti oratori responsum S. R. C. in casu simili datum sub die 18 Martii 1898: nempe finem inventoris esse laudandum, negotium vero in casu et ad effectum de quo agitur, spectare ad ipsos locorum Ordinarios ».

Pariter in una Superioren., **de nova quadam custodia Ss.mi Sacramenti**: Rev. mus Episcopus, quo securius procederet in approbando quodam tabernaculo, a S. R. C. reverenter expetivit: « an satisfaciat regulis liturgicis descripta forma ostii semicircularis, quod globulis impositum sine cardinibus volvitur, ita ut ex hac parte nihil obstet quominus ab Episcopo sacerdotibus commendetur vel debeat tabernaculum instrui ostio vel ianuis, quae cardinibus adhaereant atque ita volvatur »; et S. Rituum Congregatio, requisito Commissionis Liturgicae suffragio, propositae quaestioni ita die 8 Maii 1908 respondere censuit: « In casu, per se nihil obstare, de cetero ad Rev. mum Episcopum ».

Equidem adhibitis hisce ciboriis solidissimis altero efficaci praesidio consulitur custodiae Ss. mae Eucharistiae. Porro Sacra haec Congregatio onus non imponit huiusmodi comparandi tabernacula in ecclesiis, quae ordinariis sunt instructae ciboriis, dummodo reapse securitatis idonea praebeant argumenta, quamvis suadeat ut ea adhibeantur in ecclesiis noviter aedificandis: id vero enixe commendat Exc. mis Episcopis ut, pro eorum zelo erga Ss. mum Sacramentum, pervigilent caveantque ut et or-

⁴ De Ss. ma Eucharistia, II, 263, n. 994.

dinaria ciboria, quae usui sunt in ecclesiis eorum dioecesis, eam prae se ferant soliditatem ad omne periculum sacrilegae profanationis arcendum, illaque severissime amoveant tabernacula quae omnimodam certitudinem non ingerant de huius periculi absentia.

5. — b) « **Tabernaculum tam sedulo est custodiendum ut periculum cuiusvis sacrilegae profanationis arceatur** ». Non sufficit ut in loco consistat custos, satis non est ut ciborium tali sit praeditum firmitate ut neque terebra transfodi possit neque scalpro disiungi atque claustris adeo validis sit munitum, ut clavibus quoque adulterinis nequeat reserari: tertium praesidium a iure requiritur: **sedula custodia**. Porro haec vigilantia, continuo exercenda, plurimas complectitur cautelas et communes et extraordinarias, prout postulant locorum et temporum adiuncta.

Quod vero attinet ad custodem, hic, licet sit optandum ut sit clericus, immo sacerdos, non prohibetur quod sit laicus, **modo clericus respondeat de clavi**, qua est reserandus locus ubi Eucharistia asservatur. Hunc prope locum moretur oportet diu noctuque, adeo ut celeriter compareat quando casus ferat, seu continenter vigilantiam exerceat: nunquam ecclesiam deserat tempore quo haec fidelibus patet et ab his magis deserta relinquitur, idque pressius est urgendum in urbium ecclesiis, ubi fures uti tales fidelibus ignoti per templa vagantes peregrinorum aut mendicantium habitu perattente momenta aucupantur, quibus vigilantia intercipitur et motu celerrimo, veluti ictu oculi, sacrilega furta perpetrant; aut loca invisunt, fores, fenestras, cancellos, ianuas, praesertim haud principales, accurate rimantur diurno tempore ut dein nocturno ad executionem improbum consilium demandare pertentent. Quod si rarius accidit in pagis, ubi praesentia personae extraneae ibique hau cognitae, quae ecclesiam circumeat et ingrediatur, facilius animadvertitur suspicionemque ingerit in sacerdotibus atque fidelibus, id non relevat tamen parochum rectoremve ecclesiae ab obligatione Eucharistiae custodiendae, cuius ratio modusque ipsius prudentiae relinquitur inspectis loci adiunctis, e. g. tum per se ipse aliquoties in die ecclesiam invisendo, tum vigilantiam per diem committendo probatis personis circum morantibus, tum privatam paroecianorum visitationem Ss.mi Sacramenti praestituendo, variis diei horis peragendam.

Attente debet invigilari etiam operariis ceterisque personis, quae laboris intuitu aliisve de causis ecclesiam, sacrarium, sacerdotis custodisve domum eisdem contiguam frequentant.

Nec sedula custodia Ss.mi Sacramenti a iure praescripta remittenda erit tempore nocturno, quando ecclesia est obserata. Praecipuae cautiones autem pro nocturnis horis adhibendae, quas prudentia requirit, **ordinariae** seu iugiter adhibendae tum pro Ss.ma Eucharistia tutanda tum

pro praecavendis direptionibus sacrorum vasorum, tabularum, eleemosynarum atque supellectilium ecclesiae, recensentur: 1° omnes ecclesiae fores communiuntur, quatenus necessitas postulet fierique possit, firmis valvis, validis claustris obicibusque et quidem ita ut ab interiore ecclesia clavibus aperiri dumtaxat queant, fenestrae vero transennis vel clatris; 2° accurate est inspiciendum quoties vespere ecclesiae obserantur ne quis homo malevolus includatur; 3° officium ecclesiae claudendae eiusque claves committantur personis omni suspicione maioribus, praecipue vero vino non deditis. Hisce cautelis aliam valde commendatam addere velimus, quae in dies usitatio evadit quaeque utile nonnunquam praebet auxilium ad praecavenda furum molimina, ubi usui est: nempe collocationem opportunis in locis tintinnabulorum vi electrica pulsandorum, dum portae aperiuntur, vel eadem aut tabernaculum aut altare aut mensa aut candelabra tanguntur, quorum ope sacerdotis custodisve attentio repente provocatur; aut speciales electrici apparatus, qui ecclesiam repente illuminent custodemque de furum praesentia statim certiores faciant: hi tamen apparatus, ut optatum consequantur finem, erunt scite et ingeniose tegendi, ita ut quamlibet adimant furum suspicionem, quotidieque inspiciendi ut suo munere apte fungantur.

Specialis extraordinaria providentia demum prostat in § 3 relati canonis: « **gravi aliqua suadente causa ab Ordinario loci probata, non est vetitum Sanctissimam Eucharistiam nocturno tempore extra altare super corporali tamen, in loco tutiore et decenti, asservari, servato praescripto can. 1271** ». Hic locus de more est sacrarium, dummodo reapse sit locus tutior et decens, vel arca solidissima et optime clausa (*italice cassaforte*), si haec sit praeferenda, muro inserta in quodam ecclesiae pariete. Quodsi nec ecclesia nec sacrarium necessariam perhibeant securitatem, Eucharistia poterit retineri in alio loco tutiore, etiam privato: tunc parochus est cura adhibenda ut debita reverentia et honore Ss.mum Sacramentum custodiatur neque minuatur fides fidelium in praesentia reali. In huiusmodi vero asservatione Ss.mae Eucharistiae Sacrae Species non sunt corporali dumtaxat contegendae, sed semper in vase seu pyxide includendae: ⁵ insuper cum e ciborio ecclesiae educuntur aut ad ipsum referuntur, opus est ut sacerdos superpelliceo et stola sit indutus eumque clericus comitetur lumen gestans saltem regulariter.

Curandum est praeterea ecclesiarum rectoribus ad furta praecavenda ut in tabernaculis, quantum fieri possit, non relinquantur pyxides et vasa sacra magni pretii, unde cupiditas audaciaque furum magis alluciantur: quum haec vasa occasione quarundam sollemnitatum adhibentur, valde est optandum ut tempore postremae Missae purificentur et loco

⁵ Cfr. cit. decr. Altonen., not. 2.

tuto reponantur, qui sacrarium non sit; particulae vero, quae superfuerint, in ordinaria pyxide collocentur. Pariter abstineant a decorando altaria et sacra simulacra sculpta vel picta (eademque assidue decorata servando publico cultui exposita) eximiis muneribus votivis, qualia sunt aurei et argentei anuli, catellae, monilia, inaures, margaritae et similia: quod si id facere praestet occasione cuiusdam diei festi, eodem exacto, ea munera ab ecclesia satagant remove causamque remotionis probe fideles edocere.

6. — c) « **Clavis tabernaculi diligentissime a sacerdote custodiatur** ». Omnes cautela, quas hucusque recensuimus, ad irritum rediguntur si, quod potissimum in hac re est curandum, clavis tabernaculi caute non custodiatur, ut expresse cavet can. rel. § 4, **gravi conscientiae onere** adiecto sacerdoti, cui haec est custodia commissa. Ut huic **diligentissimae custodiae** canone praescriptae ab ecclesiae rectore satisfiat, ipsi districte praecipitur ut clavis tabernaculi nunquam super mensa altaris aut in claustro ostioli relinquatur, ne tempore quidem quo mane divina officia ad Sacramenti altare et Sanctissimae Communionis distributio peraguntur, praesertim si hoc altare haud in conspicuo sit. Hisce vero absolutis, clavis vel ab ecclesiae rectore domi custodiatur aut ab ipso continenter gestetur, amissionis periculo remoto, vel in sacrario, et quidem in loco tuto et secreto, reponatur altera clavi claudenda, quam alteram clavem uti supra rector tueatur. ⁶

Sedulo perpendant sacerdotes Ss.mae Eucharistiae custodes officium custodiendae diligentissime clavis S. Ciborii esse grave, prout aperte ostendunt finis ipsaque verba legis. Sacerdos, cui ius et officium ordinarie et per se competit custodiendi clavem, est rector ecclesiae vel oratorii: quodsi discedat, potest et debet pro tempore absentiae alii sacerdoti committere custodiam; et si clavem in sacrario retineat sub alia clavi, potest hanc tradere aedituo, pro tempore quo ipse abest, et clavis tabernaculi necessaria esse queat: quod praxis ubique recepta manifeste confirmat. Si agitur de ecclesia paroeciali, clavis parrocho custodienda est; si de ecclesia cathedrali aut collegiali, quae simul sit paroecialis, ad Capitulum spectat custodire Ss.mam Eucharistiam, et altera tabernaculi clavis apud parochum servari debet (can. 415 § 3 n. 1). Ad parochum pertinet exclusivum ius retinendi clavem tabernaculi, etsi in ecclesia paroeciali erecta sit confraternitas. In ecclesiis non paroecialibus ubi ex A. Sedis indulto asservatur, custodienda est cappellani seu rectoribus, nunquam laicis, etiamsi patroni sint: sine apostolico indulto laici per se clavem ciborii retinere nequeunt.

7. — Specialia veniunt adnotanda de custodia clavis tabernaculi in ecclesiis monialium vel religiosarum et in piis seu religiosis domibus.

⁶ Cfr. Encycl. litt. iussi Benedicti XIV edit. a S. C. EE. et RR., die 9 Febr. 1751.

mulierum. Inspecto primum statuto can. 1267 quo Ss.ma Eucharistia, revocato quolibet contrario privilegio, custodiri nequit in religiosa vel pia domo nisi vel in ecclesia vel in principali oratorio, nec apud moniales intra chorum vel septa monasterii, id dein alte in mente Ordinariorum residere debet atque adamussim executioni demandari, **clavem S. Ciborii non esse custodiendam inter septa monasterii.** Ipsa est igitur in posterum asservanda in sacrario ut praesto sit, quoties necessitas postulet, atque, expletis ecclesiae sacris functionibus ac praesertim nocturno tempore, in loco tuto, solido atque secreto reponenda, et quidem duabus obserato clavibus, quarum altera communitalis antistitae est custodienda per se ipsi aut per vicariam et altera moniali cuidam, puta sacrario addictae, adeo ut utriusque concursus ad reserandum locum, de quo supra, requiratur. Huiusmodi praescriptum probe inspiciant Exc.mi Episcopi et in eodem exsequendo rigide se gerant, quaecumque personarum acceptione posthabita, ut praecaveantur abusus atque irreverentiae, quae secus redundare possunt in Ss.mam Eucharistiam.

8. — Quod attinet ad oratoria seminarii et collegii ecclesiastici, ephebei pro iuvenum utriusque sexus religiosa eruditione atque institutione, nosocomii aliusque id genus hospitii, quae potestate Ss.mae Eucharistiae asservandae fruuntur, tabernaculi clavis custodienda erit rectori seu moderatori eorundem, si sacerdos sit, secus spiritus directori aut cappellano de more Missae celebrationi sacrisque functionibus peragendis addicto, ipsique studiose est curandum ne eadem ad aliorum manus perveniat.

9. — Quod demum refert ad privata oratoria, quae ex apostolico indulto facultate pollent Ss.mam Eucharistiam asservandi, ciborii clavis custodiri solet in sacrario potius cura familiae quam cappellani;⁷ at, si Episcopo praestare videatur ut clavis indultario custodienda non tradatur, eam aut sacerdoti celebranti committat, praesertim si hic stabiliter sacrum ibi litet, aut parocho deferat, singulis deinde vicibus, si commode potest, sacerdoti celebraturo exhibendam. Indultariis laicis, quos clavis custodia manet, in memoriam revocandum est, clericis vero quacumque dignitate fulgentibus perpendendum, grave sane officium ipsis impositum esse vigilandi ne clavis ad cuiusquam manus perveniat etiam de ipsorum familia vel famulatu.

10. — Sacram Congregationem non praeterit enunciatas cautelas propositum finem plene haud esse assecuturas, nisi Exc.mi Episcopi locorumque Ordinarii, una cum earundem observantia parochis, ecclesia-

⁷ Cfr. S. R. C. resolutio diei 2 Maii 1878 ad VI (decretum n. 3448); Eius Card. PETRUS GASPARRI, op. cit., 266, n. 998.

⁸ Eius Card. P. GASPARRI, op. cit., II, 267, n. 999.

rum rectoribus, institutorum omne genus moderatoribus, monialium antistitis praecepta, quatuor haec, quae magnopere nostra intersunt, prae oculis habeant:

a) Praesertim dum sacras peragunt dioecesium visitationes, sed etiam extra easdem, quoties casus ferat, per se aut per idoneas ac prudentes ecclesiasticas personas diligenter inquirant animadvertantque de visu quomodo in singulis nedum paroeciis sed et ecclesiis, oratoriis, etiam privatis, hoc iure fruentibus provisum sit securitati custodiae Ss.mae Eucharistiae et quoties comperiant non ea omnia concurrere, quae iure postulantur, eadem praecipiant quam cito exsequenda, brevi tempore ad id praestituto, sub poena multae pecuniariae et etiam suspensionis a divinis pro sacerdotibus aut a munere, pro gravitate culpa, ab iis incurrendae, quibus officium competit omnia securitatis praesidia subministrandi. Neque ab huiusmodi onere easdem personas relevent ex reddita forsitan ratione quod nulla profanatio aut inconveniens in antecessum acciderit; quae enim infecta hucusque sunt, temporis decursu et hominum malitia, posthabitis necessariis cautelis, fieri possunt.

b) Quoties furta sacrilega quibus Ss.ma Eucharistia violatur in sua Dioecesi (quod Deus prorsus avertat) quacumque de causa acciderint, loci Episcopus vel per se, quod est optandum, vel per suae Curiae Officiale, ad id specialiter delegandum, oeconomicum semper conficiat processum adversus parochum aliumve sacerdotem tam saecularem quam religiosum etiam exemptum Ss.mi Sacramenti custodiae praepositum, actaque processus idem Episcopus ad hanc S. Congregationem transmittat cum suo voto quo prae primis accurate describat eiusdem furti temporis et loci adiuncta, et dein, actis processus eiusdem prae oculis praesertim habitis, renuntiet cuius culpa aut negligentiae culpabili admissum facinus sit tribuendum atque poenas canonicas contra fontes infligendas proponat et huius S. Dicasterii mandata praestoletur.

c) Mature perpendant severitatem poenarum, quae can. 2382 statuuntur contra parochum, qui graviter neglexerit custodiam Ss.mae Eucharistiae etiam citra excessum huius violationis, quaeque usque ad paroeciae privationem progrediuntur; inspecto vero fine legis curent ut analogis poenis plectantur et alii ecclesiae rectores, congrua congruis referendo, qui graviter delinquant in arduo eis commisso munere obeundo, collatis ad id necessariis et opportunis facultatibus per hanc S. Congregationem, quatenus opus sit. Quibus aufugiendis poenis haud suffragatur causa forte a parcho aliisve, quibus SS. Species custodiendae incumbunt, allata qua tabernacula patentia relinquuntur clavesque in loco tuto non custodiantur alius sacerdotis incuria: ipsos enim manet diligens sollersque cura sacrorum vasorum et Ss.mae Eucharistiae propriumque munus fideliter et vigilanter cavendi ne, divinis officiis absolutis, ciboria exponantur cuilibet iniuriae sacrilegaeque direptioni. Equi-

dem est animadvertendum et in memoratum sacerdotem et in quemlibet alium huius neglegentiae reum similibus poenis, quippe qui occasionem tanto sceleri sua culpa dederint.. Ut autem locorum Ordinarii poenis prosequi queant et delinquentes religiosos utriusque sexus etiam exemptos iuxta has apostolicas praescriptiones in negotio, de quo agimus, vi huius Instructionis facultates committimus necessarias cumulative cum eorum Superioribus religiosis Maioribus, quibus pariter haec S. Congregatio idem onus imponit, reservata tamen uni Episcopo facultate processum conficiendi, de quo sub litt. b) in casu ibi descripto.

d) Diligenter inquirent utrum ecclesiae et oratoria quibus Ss.mae Eucharistiae asservatio iure communi (cfr. can. 1265 § 1 n. 1, 2) non competat, hac facultate polleant ex apostolico indulto per Breve in perpetuum aut per rescriptum ad tempus concessum: quoties vero compererint hoc privilegium legitimo iure non esse suffultum, tamquam abusum satagant remove. Praeterea, ne se nimis faciles praebeant in suscipiendis et commendandis precibus pro impetranda facultate asservandi Ss.mam Eucharistiam in locis, quae de communi iure eadem carent, immo abstineant prorsus, nisi gravissimae causae intersint, praesertim in privatis oratoriis et ecclesiis a domibus fidelium nimis distantis, in desertis montibus magnisque camporum spatiis sitis, quibus non suppetant ea omnia quae pro fidei et tutissima custodia SS. Specierum requiruntur. Tolerabilius sane erit ut quandoque etiam notabili fidelium parti commodum non praebeatur Ss.mae Eucharistiae adorandae, quam ut Eadem exponatur sat probabili periculo profanationis. Immo et potestas hisce litteris committitur Exc.mis Episcopis locorumque Ordinariis revocandi facultatem asservationis Eucharistiae in ecclesiis et oratoriis, etiam privatis, quae hoc apostolico privilegio per indultum fruuntur, quoties adnotent aut graves abusus intercessisse aut non omnes concurrere conditiones pro secura custodia, reverentia cultuque debito erga Ss.mum Sacramentum.

Hae sunt canonicae normae potioresque cautela, quas huic S. Congregationi visum est locorum Ordinariis praecipere ut vicissim parochis ceterisque Ss.mi Sacramenti custodibus pressius commendent executioni tradendas ad quoslibet convellendos abusus, si qui irrepserint, et, quamvis desint, ad eosdem praecavendos: aliae, quae pro temporum et locorum adiunctis magis idoneae videantur ad eundem finem aptius attingendum, eorundem Pastorum zelo sollertique industriae relinquuntur. Eos igitur, his praesidiis adiutos, in Domino deprecamur et obtestamur ut omnibus viribus contendant ad efficaciter Ss.mam Eucharistiam tutandam et impia scelestorum hominum molimina arcenda ab eodem Sacramento « **quo nihil dignius, nihil sanctius et admirabilius habet Ecclesia Dei, cum in eo contineatur praecipuum et maximum Dei donum et ipsemet omnis gratiae et sanctitatis fons, auctorque Christus**

Dominus ».⁹ Id quidem erit Ipsis eorumque sacerdotibus et fidelibus pignus indeficiens supernae divinae protectionis.

Ss. mus Dominus Noster Pius divina Providentia Pp. XI, in audientia Exc. mo Secretario H. S. C. die 7 Maii a. 1938 concessa, praefatam Instructionem, ab EE. PP. in plenario Conventu diei 30 Martii anni eiusdem probatam, benigne confirmare et Auctoritate Sua Apostolica ratam habere dignatus est, mandans ut Instructio eadem in officiali Commentario **Acta Apostolicae Sedis** publici iuris fiat et ab omnibus Ordinariis tum locorum tum personarum aliisque, ad quos speciatim spectat, religiosissime servetur, contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus S. C. de Disciplina Sacramentorum, in festo Ascensionis Domini a. 1938.

D. Card. JORIO, Praefectus.

L. ✱ S.

F. BRACCI, Secretarius.

⁹ *Rit. Rom.*, tit. IV, cap. I, n. 1.

ATTI ARCIVESCOVILI

Lettera di Sua Em.za il Cardinale Arcivescovo ai M.M. R.R. Parroci e Sacerdoti

Venerati Confratelli,

Sono tornato dal Congresso Eucaristico Internazionale di Budapest coll'anima inondata dalle più soavi emozioni, che mi hanno abbondantemente compensato dei piccoli disagi del viaggio. Quanti ebbero la ventura di venire con noi, e sono stati circa un centinaio i pellegrini torinesi, hanno potuto subito constatare la perfetta organizzazione del Congresso, che richiese spese immense e due anni di intenso lavoro in piena concordia tra il Cardinale Primate, Autorità Governative, aristocrazia e popolo. Non era cosa facile prevedere tanti particolari e provvedere a tutto, dagli alloggi per le centinaia di migliaia di persone, alle aule di convegno, all'imponente piazza, dove si prosciugò perfino un grande fossato, per offrire comodità a mezzo milione di spettatori di assistere, seduti ordinatamente, alle solenni funzioni. Ma la concordia, lo zelo, la generosità della nobile Nazione Ungherese hanno superato tutte le difficoltà in modo meraviglioso, e la piena riuscita del Congresso compensa le cure e i sacrifici affrontati.

Sull'immensa spianata del monumento degli Eroi è stato un susseguirsi di funzioni quanto mai commoventi. Le Comunioni generali degli impiegati, dei militari, dei bambini hanno avuto il loro culmine nell'adorazione notturna per soli uomini iniziata alle 22 e conclusasi alle 3 del mattino: si calcola che cento sessantamila uomini abbiano in quella notte ricevuto la S. Comunione distribuita ordinatamente da trecento Sacerdoti! Come non sentirsi commossi a simili spettacoli?

La sera dell'Ascensione una processione Eucaristica si è svolta sulle acque del Danubio. Il SS. Sacramento recato da S. Em. il Cardinale Legato su un battello splendidamente illuminato era circondato da quindici Cardinali e trecento Vescovi: altri piroscafi seguivano recanti centinaia e centinaia di adoratori. Per due ore il magnifico corteo passò così da un punto all'altro della città, mentre tutte le alture brillavano di luci, e le Chiese, il Palazzo Reale, il Parlamento, il Castello facevano risaltare le loro linee dalla luce riflessa, e una folla senza numero dalle sponde accompagnava la processione co' suoi cantici e agitando fiaccole. Non so quale altra città del mondo potrebbe rinnovare lo spettacolo di fede e la visione di luci che Budapest ha offerto in quella memorabile notte!

E dopo un susseguirsi di funzioni, di adunanze generali e particolari delle singole nazioni, in cui l'Italia si distinse per il numero dei suoi pellegrini e de' suoi Vescovi, ecco finalmente la imponente processione di chiusura la Domenica 29 Maggio. Quanti saranno stati i partecipanti? quanti lungo le strade hanno fatto letteralmente siepe al passaggio del corteo? Credo impossibile ogni calcolo: come è impossibile dire la fantasmagoria dei colori, dei vestiti indossati dalle genti venute da tutta l'Ungheria, dei ricchissimi costumi antichi dell'aristocrazia. Ma al di sopra di tutto era la fede viva, la pietà profonda di quel popolo: oh si è pregato e pregato molto da tutti e la pioggia scrosciante caduta all'ultimo momento non ha impedito alla enorme massa convenuta di inginocchiarsi e ricevere la benedizione di Gesù Eucaristia, con quello stesso raccoglimento con cui il mattino, dopo il solenne pontificale di S. Em. il Cardinale Legato, ha ascoltato commossa la parola del S. Padre portata dalla radio e diffusa dagli altoparlanti.

Quello che soprattutto importa è che il Congresso ha raggiunto lo scopo prefisso; dimostrare che l'Eucaristia è il vincolo d'unione delle menti e dei cuori. Mentre da tanti anni le nazioni sono divise per contrasti di idee e di interessi, centinaia di migliaia di cattolici, rappresentanti di tutte le parti del mondo, hanno cantato all'unisono il medesimo « Credo », si sono inginocchiati nella stessa adorazione, hanno ripetuto il medesimo atto di amore, si son sentiti fratelli, figli di un solo Padre, perchè nutriti tutti della Carne e del Sangue di Gesù. E ciò che ha particolarmente toccato i cuori è stata l'unione di tutti gli Ungheresi.

S. A. S. il Reggente ha voluto suo ospite il Cardinale Legato, ed è stato pieno di riguardi verso i Cardinali e Vescovi: il Governo ha partecipato attivamente al Congresso: le due Camere hanno offerto un magnifico ricevimento; perfino le Chiese Protestanti e la Sinagoga si sono ornate di bandiere in segno di omaggio.

E noi Italiani, che formavamo uno dei gruppi più numerosi, abbiamo avuto particolari segni di amicizia dal popolo Ungherese, le nostre Bandiere furono sempre accolte da applausi; mentre il nostro Ministro, S. E. il Conte Vinci, non solo ha voluto presenziare alle nostre riunioni di studio e salutarci alla stazione quando il pellegrinaggio italiano lasciava Budapest, ma ha offerto ancora un ricco cordiale ricevimento nel suo palazzo dove si è potuto fraternizzare coi nostri connazionali colà residenti.

Ringraziamo dunque il Signore della felicissima riuscita del Congresso, e preghiamo perchè i frutti si diffondano, e quella unione di cuori che a Budapest è stata cementata nell'Eucaristia, si estenda a tutte le Nazioni del mondo, perchè ritrovino finalmente quella pace cui i popoli giustamente sospirano.

* * *

Raccomando vivamente alla vostra lettura il grave documento della S. Congregazione dei Sacramenti pubblicato in questo numero della « Rivista » relativo alla custodia della SS. Eucaristia. Prego anzi i Rev.mi Vicarii Foranei a farne oggetto di discussione in una delle prime Congregazioni di Clero, perchè si possa raggiungere il fine voluto dalla S. Sede. Gravissima è la responsabilità di ogni Rettore di Chiesa a tale riguardo, epperò non saranno mai eccessive le precauzioni, perchè la SS. Eucaristia non abbia a subire profanazioni. Se la S. Congregazione ha creduto dover dare precise e quasi minute disposizioni, non è senza motivo: ed i sacrilegi che qua e là sono stati compiuti recentemente, debbono aprire gli occhi ai Rettori di Chiese e farli diventare scrupolosi esecutori delle norme così autorevolmente confermate dallo stesso Santo Padre.

* * *

In questo numero è riportata, come nel semestre scorso, la pagella che ogni Parroco deve completare e trasmettere alla Curia entro il mese di Luglio. Devo ripetere le raccomandazioni già fatte, perchè non si trascuri questo dovere? In Aprile sessanta pagelle, che dovevano essere ritornate in Gennaio, non erano ancora state consegnate, con grave ritardo quindi per la contabilità. Possibile che non si possa ottenere questa regolarità che non costa il più piccolo sacrificio? Volevo dare ordine alla Cassa di non fare pagamenti, se prima non sia stata consegnata la pagella semestrale: ma voglio ancora attendere l'esperimento di questo semestre. Ciò che dico per la pagella delle offerte, valga anche per quella delle Messe da inviarsi al Segretario del Seminario, e che è inserita nel Calendario Diocesano.

* * *

Vorrei potere accontentare tutti i Rev.di Parroci che han chiesto il Vice Curato: purtroppo, anche falcidiando nella massima parte il secondo anno di Convitto, non mi è possibile soddisfare tutte le richieste: alcuni dovranno attendere ancora a continuare una vita di sacrificio senza poter dare alle popolazioni quegli aiuti spirituali e sviluppare quelle iniziative, che pur sarebbero tanto utili per il bene delle anime. Il Signore terrà conto di questa buona volontà e valuterà tutti i sacrifici. Si tragga argomento per moltiplicare le preghiere al Signore **ut mittat operarios in messem suam**; si adoperino tutte le cure per i chierici e seminaristi che presto torneranno alle loro case, acciò le vacanze non costituiscano un pericolo per la loro vocazione; e si avviino al Seminario quei piccoli, che danno segni di essere chiamati dal Signore. Saranno almeno dieci in più l'anno prossimo i chierici del Seminario Teologico, e venti in più in quello di Chieri: l'aumento è dunque

sensibile; tra qualche anno se ne risentiranno i benefici, perchè saranno nuove unità fresche che verranno ad inserirsi nelle file del clero anziano. Affrettiamo colle preghiere questo giorno sospirato.

A voi, venerati Parroci, alle vostre popolazioni la mia benedizione, mentre vivamente mi raccomando alle comuni preghiere, perchè il Signore mi sostenga nel ministero pastorale così gravido di preoccupazioni.

Torino, 15 Giugno 1938.

✱ M. Card. FOSSATI, Arcivescovo.

Atti e Comunicati della Curia Arcivescovile

Nomina Pontificia

Il Sacerdote Teol. Cav. D. BARTOLOMEO GROSSO, Parroco di Umaga d'Istria, nominato Cameriere Segreto di Sua Santità.

Nomine Arcivescovili

D. FERRERO GIUSEPPE, con Decreto Arcivescovile in data 12 maggio, nominato Prevosto di Camagna.

D. GROSSO ROMANO, Vicecurato a S. Barbara in Torino, con Decreto Arcivescovile in data 16 maggio nominato Prevosto di Airasca.

D. GAYS GIOVANNI, Vicecurato a Rivara nominato Priore del Beneficio di S. Tomaso Apostolo e S. Francesco di Sales in Valperga.

Sacre Ordinazioni

S. Em. Rev.ma il Cardinale Arcivescovo il giorno 11 giugno 1938 nella Cappella del Seminario Metropolitano promoveva:

Al Diaconato:

Fr. AUGUSTO da S. Gabriele dell'Addolorata - Fr. LONGINO dalla S. Lancia - Fr. ISIDORO dal S. Cuor di Gesù, tutti professi della Congr. dei Passionisti.

MARCHESI LUIGI, della Pia Società Salesiana.

ALICE GIOVANNI, dell'Istituto della Carità.

Al Suddiaconato:

NORTON BERNARDO, dell'Istituto della Carità.

Necrologio

LORENZATO D. GIUSEPPE, beneficiato a Valperga, ivi morto il 26 maggio 1938. Anni 53.

Esercizi Spirituali per i Rev.di Sacerdoti

Casa della Missione « Villetta » in Savona

1° Corso - Dal giorno 11 settembre al 17 settembre.

2° Corso - Dal giorno 20 novembre al 29 novembre.

Corsi di Esercizi Spirituali per il Clero

nella Casa della Missione « La Pace » di Chieri

PER I REV.DI SACERDOTI:

1° Corso: dalla sera del 24 al mattino del 30 Luglio.

2° Corso: dalla sera del 21 al mattino del 27 Agosto.

3° Corso: dalla sera dell'11 al mattino del 17 Settembre.

4° Corso: dalla sera del 16 al mattino del 22 Ottobre.

5° Corso: dalla sera del 13 al mattino del 19 Novembre.

La Casa è sempre aperta a chi desidera fare gli Esercizi Spirituali in privato.

Per le iscrizioni rivolgersi al *Rev. Superiore della Missione - Casa della Pace - CHIERI (Torino).*

Avviso

Si avverte che gli uffici Cassa della Curia Arcivescovile per il pagamento degli interessi maturati al 1° luglio 1938 saranno aperti il giorno 2 luglio.

I Revv. Parroci e Beneficiati sono pregati di presentarsi entro il giorno 30 dello stesso mese per ritirare quanto loro spetta.

Avviso

per la redazione degli atti di matrimonio

Si ricorda ai Rev.di Parroci che in base all'Art. 29, nota, della Istruzione della S. Congregazione dei Sacramenti in data 1° luglio 1929, nella compilazione degli atti di matrimonio, quando vi siano differenze di nomi o date tra gli atti di battesimo e gli atti civili di nascita degli sposi, queste differenze devono sempre essere indicate.

Ad evitare però inconvenienti che facilmente possono nascere nella trascrizione degli atti suddetti presso l'Ufficio di Stato Civile, disponiamo colla presente che, nel caso di tali differenze, il Parroco segni *prima nomi e date quali risultano dagli atti civili, e quindi, fra parentesi, come risultano dagli atti di battesimo*, apponendovi le indicazioni: « al civile » e « nell'atto di battesimo ».

La presente disposizione si osserverà in tutte le carte relative alle pratiche matrimoniali.

Diario di S. Em. il Sig. Cardinale Arcivescovo

MARTEDÌ 17 MAGGIO. — Alle ore 16 nella Chiesa dei Mercanti presiede l'adunanza generale delle Dame della Carità sotto la protezione di S. Vincenzo de' Paoli e dell'Immacolata Concezione.

MERCOLEDÌ 18. — Celebra la Messa al R. Euducatorio della Provvidenza, ammettendo alla Prima Comunione alcune allieve, a cui dopo la Messa amministra pure la Cresima.

Alle ore 19 si reca alla Parrocchia di S. Teresa per esporre le Reliquie, che dovranno essere racchiuse nel sepolcreto del nuovo Altare dedicato a Santa Teresa del Bambino Gesù.

GIOVEDÌ 19. — Consacra la Chiesa parrocchiale di S. Teresa e l'altare di S. Teresa del B. G., su cui celebra la Messa.

Nel pomeriggio amministra le Cresime nella Chiesa di S. Pelagia per i bambini della R.O.M.I.

SABATO 21. — Celebra la Messa con Prime Comunioni e Cresime all'Istituto del S. Cuore in Valsalice.

Visita di S. E. Mons. Nicolao Milone, Vescovo di Alessandria.

Alle ore 16 in un salone dell'Istituto del Cenacolo benedice gli arredi destinati alla Palestina e preparati dalle Dame Patronesse per la Palestina Patriarcale.

DOMENICA 22. — Si reca al Seminario di Chieri per celebrare la Messa e rivolgere paterne parole ai Chierici.

Alle 10,30 amministra le Cresime nella Parrocchia di S. Croce in Vanchiglietta.

Alle 15 amministra le Cresime al R. Euducatorio Duchessa Isabella ed imparte la Benedizione Eucaristica.

Alle 17,30 si reca al Santuario di S. Rita per impartire la solenne Benedizione Eucaristica, in occasione della festa patronale.

LUNEDÌ 23. — Parte per Budapest, onde prendere parte al Congresso Eucaristico Internazionale, che si svolge in quella città. Giunto a Milano si reca a pregare sulla tomba di San Carlo.

MARTEDÌ 24. — Alle ore 7 celebra la Messa nella Cappella delle Suore Figlie di S. Giuseppe a Venezia, ed a mezzogiorno riparte per Budapest.

MERCOLEDÌ 25. — Alle 6,30 arriva a Budapest, ricevuto alla Stazione da Sua Em. il Card. Giustiniano Seredi, Primate dell'Ungheria, e da S. A. il Principe Paolo Esterházy, presso cui Sua Eminenza sarà ospite con il suo seguito durante la permanenza per il Congresso. Celebrata la Messa in casa, viene dai gentili Ospiti condotto a fare una visita alla Città.

Alle 12 riceve la visita d'omaggio di S. E. il Conte Vinci, Ambasciatore d'Italia, quindi si reca a colazione da S. E. il Presidente del Consiglio.

Alle ore 16 in Piazza degli Eroi prende parte all'inaugurazione del XXXIV Congresso Eucaristico Internazionale, alla presenza di S. Em. il Card. Eugenio Pacelli Legato Pontificio, di 15 Cardinali e di oltre 300 tra Arcivescovi e Vescovi.

Alle ore 20 si reca a pranzo da S. A. S. il Reggente Horthy e prende parte con i Cardinali e Vescovi ad un ricevimento.

GIOVEDÌ 26. — Celebrata la Messa in casa, alle 11 interviene all'adunanza generale del Clero nella Basilica di S. Stefano.

Alla sera prende parte alla Processione col SS. sul Danubio.

VENERDÌ 27. — Nella Basilica di S. Stefano assiste ad una Messa solenne in rito Greco Orientale, presente il Cardinale Legato, quindi si reca a far visita a S. A. S. il Reggente Horthy.

Nel pomeriggio visita la Mostra Internazionale della Carità; si reca a far visita di omaggio al Cardinale Legato e prende parte ad un ricevimento dato da S. E. il Conte Vinci in onore dei Cardinali Italiani.

SABATO 28. — Celebrata la Messa nella Chiesa dell'Incoronazione, si reca nel Teatro Comunale per l'adunanza generale degli italiani.

Alle 13 si reca a colazione da S. E. il Ministro dei Culti, quindi prende parte all'Adunanza Internazionale nel Salone delle Feste, durante la quale avviene la consegna di copia del Crocefisso del Carcere Mamertino, donato dai pellegrini italiani per iniziativa del Comitato Romano.

Alle 18 riceve la restituzione di Visita del Cardinale Legato ed alle ore 20 assiste all'esecuzione dell'Oratorio sacro « Christus » del Listz nel teatro dell'Opera, insieme coi Vescovi e Cardinali, col Reggente, con gli Arciduchi e tutte le massime Autorità della Nazione ungherese. Chiude la giornata con un ricevimento al Parlamento, offerto dai Presidenti delle Camere al Cardinale Legato ed agli altri Cardinali e Vescovi.

DOMENICA 29. — Solenne Giornata di chiusura del Congresso. Interviene al Pontificale celebrato dal Cardinale Legato in Piazza degli Eroi, dopo il quale viene radiotrasmeso il discorso del S. Padre. Nel pomeriggio prende parte alla solenne Processione col SS., che uscendo dalla Basilica di S. Stefano, percorre la magnifica Via Andrássy e termina in Piazza degli Eroi. Partecipa al pranzo offerto da S. Em. il Cardinale Legato a S. A. S. il Reggente, ai Cardinali ed ai Membri del Governo.

Alle ore 23 riparte per Torino.

LUNEDÌ 30. — Alle ore 8 arriva a Lubiana in Jugoslavia e celebra la Messa nella Chiesa delle Suore Orsoline.

MARTEDÌ 31. — Giunge a Milano e celebra la Messa nella Chiesa dei Padri Camillini. Alle 10,30 arriva a Torino.

MERCOLEDÌ 1° GIUGNO. — Nel pomeriggio si reca a Rivoli per visitare i lavori del nuovo Seminario.

GIOVEDÌ 2. — Dopo aver amministrato nella sua Cappella privata le Cresime agli allievi del R. Convitto Nazionale Umberto I, si reca a Porta Nuova per confortare con la sua benedizione i malati che partono per Loreto.

Alle 10 amministra le Cresime al Collegio S. Giuseppe.

Nel pomeriggio si reca al Monastero della Visitazione per la elezione della Superiore delle Suore Spagnole.

Alle ore 16 amministra le Cresime nella Chiesa delle Suore Minime del Suffragio ed alle ore 17,30 si trova a Superga per rivolgere paterne parole ai Crociati colà radunati per la festa annuale ed impartire la Benedizione col SS.mo.

VENERDÌ 3. — Amministra alcune Cresime nella sua Cappella privata.

SABATO 4. — Visita di S. E. Mons. Carlo Rossi, Vescovo di Biella.

Nel pomeriggio inaugura la vendita a beneficio della Cucina Malati Poveri, nel giardino della Contessa Emilia d'Oncieu de la Bâtie de Seyssel.

Alle 19 riceve i Fucini e le Fucine per la chiusura dell'anno.

DOMENICA 5. — Tiene in Cattedrale il Pontificale di Pentecoste con Omelia.

Nel pomeriggio si reca alla Parrocchia di Pozzo Strada per l'amministrazione delle Cresime e poi alla nuova Chiesa di N. S. del S. Cuore in Borgata

Paradiso per impartire la Benedizione col SS. e rivolgere ai fedeli brevi parole in occasione della festa patronale.

LUNEDÌ 6. — Amministra le Cresime in Cattedrale.

Nel pomeriggio si reca al Seminario di Giaveno e poi al Santuario del Selvaggio.

MARTEDÌ 7. — Celebra la Messa nella Cappella delle Carceri, Sezione Uomini, ed amministra alcune Cresime.

Riceve la visita d'omaggio del Console Generale Brandimarte, Comandante la I^a Zona M. V. S. N.

Nel pomeriggio dopo aver presieduta l'adunanza del Consiglio Amministrativo Diocesano, si reca all'Istituto Prinotti per assistere al saggio finale e poi alla Basilica di Maria Ausiliatrice per il trasporto delle Reliquie di S. Giovanni Bosco nella nuova urna.

MERCOLEDÌ 8. — Celebra la Messa nella Cappella delle Carceri, Sez. Donne, ed amministra la Cresima ad una detenuta, quindi imparte la Benedizione col Santissimo.

Alle 18,30 si reca a Maria Ausiliatrice per esporre le Reliquie che dovranno essere racchiuse nei sepolcreti dei diversi altari.

GIOVEDÌ 9. — Alle ore 6 inizia la consacrazione dell'altare della Basilica di Maria Ausiliatrice, mentre il Card. Augusto Hlond, Primate della Polonia, e altri sei Vescovi consacrano altrettanti nuovi altari. Sull'altare maggiore da lui consacrato celebra la Messa.

Visita di S. E. Ricci, Primo Presidente della Corte d'Appello.

Alle 18 si reca presso la Marchesa Fracassi per benedire le medaglie di S. Giovanni Bosco che dovranno essere inviate ai figli degli italiani all'estero insieme con 300 corredini.

VENERDÌ 10. — Visita di S. E. Mons. Federico Lunardi, Arcivescovo tit. di Side e Nunzio Apostolico in Bolivia.

Si reca a far visita a S. E. Mons. Pinardi che trovasi da qualche giorno infermo.

SABATO 11. — Tiene le Ordinazioni nella Chiesa del Seminario.

DOMENICA 12. — Alle 9,30 tiene pontificale con omelia a Maria Ausiliatrice per l'inaugurazione dell'ampliamento della Basilica. Assiste in Cattedra S. Em.za il Card. A. Hlond e in appositi banchi quasi tutti i Vescovi della Regione Pedemontana e altri Vescovi Salesiani.

Nel pomeriggio si reca a Pianezza per chiudere la Settimana della Giovane con un suo discorso e con la Benedizione Eucaristica, quindi ritorna a Torino per prendere parte alla solenne Processione di Maria Ausiliatrice.

LUNEDÌ 13. — Si reca a Viù per benedire e inaugurare la nuova Colonia costruita per i ricoverati del Cottolengo. Fa visita al Prevosto di Viù, quindi a quello di Col S. Giovanni e Bertesseno.

MARTEDÌ 14. — Alle 10 presiede l'adunanza del Consiglio per la Cassa del Clero, quindi si reca dai Salesiani per prendere parte all'adunanza dei Decurioni convenuti da tutto il Piemonte e da altre Regioni d'Italia.

Nel pomeriggio presiede l'adunanza del Consiglio Amministrativo dell'Orfanotrofio Femminile presso l'Istituto ed assiste al saggio finale delle Orfane.

MERCOLEDÌ 15. — Consacra in casa 32 pietre sacre per altari portatili.

Alle ore 16 nella Chiesa dei Mercanti presiede l'adunanza generale delle Dame di Carità sotto la direzione di P. Righini.

Resoconto delle Elemosine per l'anno 1938

1° SEMESTRE

PARROCCHIA di

1. Per Luoghi Santi (*Dom. I di Quaresima*) L.
2. » Ospedale Cottolengo (*Quaresima*) . »
3. » Obolo di S. Pietro (29 *Giugno*) . »
4. » Schiavi d'Africa (*Epifania*) . . . »
5. » Azione Cattolica (*Sessagesima*) . . »
6. » Congr. Euc. Dioc. (*Dom. Corpus D.*) »
7. » Sanatorio del Clero »
8. » Cassa di Ass. al Clero bisognoso . . »

Messe pro Cassa Assistenza al Clero (2 *mensili*)

1° Semestre N.

Ad Mentem Curiae	Ad Mentem Offerentis
---------------------	-------------------------

L.

Totale L.

L.

Messa ad mentem SS. Pontificis (29 giugno)

Per Crociata Antiblasfema (*Dom. 1° genn.*) L.

Totale L.


L.

Università Cattolica (*Domen. di Passione*) L.

SOMMA TOTALE L.

L.

SOMMA TOTALE L.



Bollo

Data

Firma

NB. — Questo specchietto deve essere consegnato in Curia (Ufficio Cassa) entro il Luglio 1938.

